Sed per Gratiam D.N.J.C. innumera data sunt Vobis: nam secundum verbum Christi Salvatoris nostri consummatum est⁴, idest adimpletum est etiam⁵ in Monte Domus Domini praeparato in vertice Montium quod⁶ scriptum est per Isaiaam Prophetam (c. 2. v. 7) = Repleta est terra argento, et auro, et non est finis thesaurorum Ejus =. /

4 Et istud divinum argentum, et aurum, et ipsi divinae potentiae thesauri, quorum non est finis cum plenitudine potestatis sunt in Petro, et per Ipsum etiam in Vobis secundum Ordinem, et juxta gradum sacri Principatus, qui datus est Vobis in Ecclesia Christi.

Et ideo ad regendum Populum Sanctum Dei contra visibiles, et invisibiles hostes plus Vobis quam Josue dicit Dominus (Josue: c. 1. v. 5 et seqq) [=]

¹ Cfr. Rom. 10, 15.

² Cfr. Lc. 15, 5.

³ Cfr. Lc. 15, 6.

⁴ Cfr. Io. 19, 30.

⁵ La parola appare scritta due volte. Cancellata la prima stesura.

⁶ Segue un *dictu* cancellato.

pace, avete in Cristo piedi e spalle ben fatte ed adatte per andare in cerca delle pecorelle smarrite e, una volta ritrovatele, per ricondurle all'ovile.

Ed in maniera abbondante avete mente e cuori di pastore, con la pienezza di tutte le grazie perché, per mezzo vostro, in ogni tempo, tutti quelli che appartengono all'ovile di Cristo possano nutrirsi ai pascoli salutarì della vita.

Ma, per grazia del Signore Nostro Gesù Cristo, doni senza numero vi sono stati concessi. Difatti, secondo la parola di Cristo Salvatore Nostro, è stato compiuto, cioè completato, anche nel monte della casa di Dio, preparato sulla cima dei monti, quanto venne scritto per mezzo del profeta Isaia: « La terra si è riempita di argento e d'oro e non si vede la fine dei suoi tesori ».

E questo divino argento, quest'oro divino e gli stessi tesori della divina potenza dei quali non esiste la fine, con la pienezza della potestà si ritrovano in Pietro e, per lui, anche in voi, secondo l'ordine ed il grado del sacro principato a voi concesso nella Chiesa di Cristo.

E pertanto, per reggere il popolo santo di Dio contro i nemici, visibili ed invisibili, più a voi che a Giosuè il Signore dice: « Come fui con Mosè,

Sicut fui cum Moyse ita ero tecum [,] non dimittam te, nec derelinquam te: confortare, et esto robustus... confortare igitur, et esto robustus valde... Ecce prae-cipio tibi confortare, et esto robustus. Noli metuere, noli timere, quia tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quaecumque perrexeris. =

Et recte dictum¹ est plus Vobis² quam Josue quia Petro ut Christi Vicario³, et Vobis⁴ per Ipsum⁵ ut Ejus adjutoribus inter furentes hujus saeculi fluctus Naviculae regimen datum est per universam Ecclesiam, Josue vero non sic.

Et sicut posuit Vos⁶ Dominus Principes in Regno suo etiam ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos Reges eorum in compendibus, et nobiles eorum in manicis ferrei[s]⁷ prout exigit sanctissimi Nominis sui gloria, et Animarum salus, ita plus Vobis⁸ quam Ezechieli dicit Dominus (Ezech: c. 3. v. 7. 8. 9) = Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire Me: omnis quippe Domus Israel attrita fronte est, et duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorē faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum.

¹ Orig. *dicitur*.

² Orig. *vobis*.

³ Vicario agg. post.

⁴ Il Vobis sovrasta un *per* cancellato e spostato.

⁵ Segue un *Vobis* cancellato.

⁶ Orig. *vos*.

⁷ Cfr. Ps. 149, 7-8.

⁸ Segue una virgola annullata.

così sarò con te; non ti lascerò, né ti abbandonerò. Rafforzati ed irrobustisciti, rafforzati dunque ed irrobustisciti con vigore... Ecco, io te lo comando, rafforzati ed irrobustisciti. Non aver paura, non temere perché, dovunque andrai, il Signore Dio tuo è con te ».

E giustamente fu detto, più a voi che a Giosuè, che a Pietro, come vicario di Cristo, ed a voi per lui, come collaboratori di lui in mezzo ai furibondi flutti di questo secolo, fu concessa la guida della navicella per tutta la Chiesa, mentre per Giosuè non fu così.

E come il Signore vi ha costituito principi nel suo regno, anche per compiere le sue vendette tra le nazioni, i suoi rimproveri tra i popoli, per legare i loro re tra i ceppi ed i loro nobili con manette di ferro, secondo quanto esige la gloria del suo santissimo nome e la salute delle anime, così, più a voi che ad Ezechiele, dice il Signore: « La casa d'Israele non vuole ascoltare te perché non vuole ascoltare me; tutta — infatti — la casa d'Israele è dotata di fronte dura e di cuore pervicace. Ecco, io ti ho fornito di un volto migliore di quello loro e di una fronte più dura di quella loro. Ho reso il tuo

Ut adamantinum (!), et ut ¹ silicem dedi faciem tuam [;] ne timeas eos, neque metuas a facie, eorum, quia domus exasperans est =.

Et quia omne durum necesse est, ut cedat duriori, ita quaelibet Ecclesiae Christi inimica potestas sive quae in terris, sive quae in Inferno sunt Vobis resistere non valent, quia per gratiam Spiritus Sancti facies vestra, et frons vestra facta est in Christo valentior, et adamantina, et ut silex durior faciebus, et frontibus omnium ², qui sunt inimici Crucis Jesu Christi D[omini] N[ostri.] ³

Quid plura? Oh mira divinae Charitatis dignatio! ⁴ Deus et Pater Dⁱ N.J.C. ⁵ sicut dixit eidem Unigenito Filio suo humani generis Redemptori, ita dicit Petro etisi (!) non eodem jure, sed tamen ut ejusdem Filii sui Vicario, et Unicuique vestrum ⁶ secundum mensuram gratiae Vocationis, et sacri Principatus (Ps: 2. v. 8) = Postula a Me et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae =. Oh praeceptum divinae Bonitatis
5 super mel et favum ⁷ suave, quod / replet corda nostra omni gaudio! ⁸ Oh ineffabilis divini Creatoris

¹ Ut agg. post.

² E' ovvio il ricorso del Pallotti alle parole di Ezechiele appena citate.

³ Cfr. Phil. 3, 18.

⁴ Cfr. il cd. « Praeconium Paschale ».

⁵ Cfr. 2 Cor. 1, 3.

⁶ Segue un segno di richiamo annullato.

⁷ Cfr. Ps. 18, 11.

⁸ Cfr. Rom. 15, 13.

volto come un diamante e come una pietra; non temere, non aver paura davanti a loro, perché si tratta di una casa pertinace.

E, come è normale che ogni cosa dura ceda ad una ancora più dura di essa, così qualsiasi potere ostile alla Chiesa di Cristo, sia in terra che nell'inferno, non è capace di resistere perché, per grazia dello Spirito Santo, il vostro volto e la vostra fronte in Cristo è diventata più forte, e adamantina, e, come selce, più dura per le facce e le fronti di tutti coloro che sono nemici della croce di Gesù Cristo Nostro Signore.

Che più? O mirabile degnazione della divina carità! Dio e Padre del Signor Nostro Gesù Cristo, come disse al medesimo Figlio suo unigenito, redentore del genere umano, così dice a Pietro, anche se non nello stesso senso, ma tuttavia come al vicario del medesimo Figlio suo ed a ciascuno di voi, secondo la misura della grazia della vocazione e del sacro principato: « Chiedimelo ed io ti darò le genti come tua eredità e come tuo possesso i confini della terra ». Oh, comando della divina bontà, soave più del miele e di un favo di miele, che riempie d'ogni gioia i nostri cuori! Oh, ineffabile pro-

promissio, qua nos firmamur in omni spe ad salvandas gentes, et ad propagandum Regnum Dei, et Christi, ut haereditas Christi impleatur!

At si diebus nostris innumeri, et effraenati inimici Crucis Christi¹ divinae Haereditatis plenitudini adversantur ex hoc gloriosior exurget Ecclesia Dei^{2,3} quia Vos fideliter gradientes SS. Apostolorum vestigia, qui custodientes verbum Christi praeipientis, ne ab Ierosolymis discederent, sed espectarent (!) promissionem Patris⁴ sicut Ipsi, ita et Vos Spiritu Sancto repleti⁵ iniquorum conatus confringetis.

Et exultant in Domino omnes credentes in Jesum Christum quia sicut Deus constituit Unigenitum filium suum Regem super Sion Montem Sanctum Ejus, ut praedicaret Praeceptum Patris⁶, ita et Petro, qui loco Christi est⁷ Rex super Sion [,] data est gratia, ut vel per Se, vel per Vos ut Ejus adjutores valeat praedicare Praeceptum Domini⁸ omnibus gentibus.

Et ideo Vobis data est gratia Spiritus Sancti,

¹ Cfr. Phil. 3, 18.

² Orig. *Christi*.

³ Due punti portato al punto e virgola e quindi riportato alla stesura originale.

⁴ Cfr. Act. 1, 4.

⁵ Cfr. Act. 2, 4.

⁶ Cfr. Ps. 2, 6.

⁷ Parola ritoccata.

⁸ Cfr. Ps. 2, 6.

messa del divino creatore, con la quale noi ci rafforziamo in ogni speranza per quanto riguarda la salvezza delle genti e la propagazione del regno di Dio e del suo Cristo, perché si porti a compimento l'eredità di Cristo!

Ma, anche se ai nostri giorni, innumerevoli e sfrenati nemici della croce di Cristo vanno contro la pienezza della divina eredità, da tutto ciò più gloriosa si alzerà la Chiesa di Cristo, perché, camminando fedelmente sulle orme dei santi apostoli, obbedienti alla parola di Gesù Cristo che aveva loro ordinato di non lasciare Gerusalemme, ma di attendere la promessa del Padre, come loro anche voi, ripieni di Spirito Santo, rintuzzerete i loro attacchi.

Ed esultano nel Signore tutti quelli che credono in Gesù Cristo perché, come Dio costituì il suo figlio unigenito re in Sion, suo monte santo, perché, predicando, manifestasse i comandi del Padre, così a Pietro, che al posto di Cristo regna su Sion, è stata concessa la grazia che, sia personalmente, sia per mezzo di voi, costituiti suoi collaboratori, sia in grado di predicare il comando del Signore a tutte le genti.

E pertanto a voi è stata concessa la grazia dello

ut per Vos in universa terra audiatur illa vox¹, quam Deus Majestatis intonuit² in virtute, et in magnificentia³; quae potens est confringere Cedros Libani⁴, et commovere facit Desertum Cades⁵, quae revelat condensa, et facit ut in Templo Ejus omnes dicent (!) gloriam⁶.

Propterea gratias ago Deo⁷ meo pro Vobis, quia per istam Gratiam datum est Vobis praedicare praeceptum Domini⁸ Episcopis, et nobis minoris ordinis Sacerdotibus, et Ministris, et caeteris inferioris gradus de Clero Saeculari, et Regulari, ut omnes in voluntate Dei secundum gratiam Vocationis nostrae ambulemus, et ut emulantes charismata meliora⁹ sic luceat lux vitae nostrae coram hominibus, ut glorificent Patrem nostrum, Qui in Coelis est¹⁰, et ut efficiamur revera Lux Mundi, et Sal terrae¹¹.

Et si non sine fletu audire valeo S. Ecclesiae

¹ Cfr. Ps. 18, 5.

² Cfr. Ps. 28, 3.

³ Cfr. Ps. 28, 4.

⁴ Cfr. Ps. 28, 5.

⁵ Cfr. Ps. 28, 8.

⁶ Cfr. Ps. 28, 9.

⁷ Cfr. 1 Cor. 1, 4.

⁸ Cfr. Ps. 2, 6.

⁹ Cfr. 1 Cor. 12, 31.

¹⁰ Cfr. Mt. 5, 16.

¹¹ Cfr. Mt. 5, 13-14.

Spirito Santo perché, per vostro mezzo, si ascolti su tutta la terra quella voce che il Dio della maestà fece risuonare con potenza e maestà, voce capace di abbattere i cedri del Libano e di smuovere il deserto di Cades, voce che spoglia le foreste e fa sì che nel suo tempio tutti cantino: gloria.

Per questo poi ringrazio Dio per voi perché, per mezzo di questa grazia, vi è stato concesso di predicare il comando del Signore tanto ai vescovi quanto a noi, sacerdoti e ministri di rango inferiore ed agli altri di grado minore, presi dal clero secolare e regolare, perché tutti, nella volontà di Dio e secondo la grazia della nostra vocazione, camminiamo ed andiamo avanti ed affinché, aspirando a migliori carismi, la luce della nostra vita risplenda innanzi agli uomini in maniera tale che essi glorifichino il nostro Padre che è nei cieli e noi risultiamo veramente luce del mondo e sale della terra.

E se, da un lato, non senza lagrime, sono in

Doctorem Bernardum¹ scribentem ad Innocentium II. (Epist: 152) = Insolentia Clericorum, cujus mater est negligentia Episcoporum, ... turbat et molestat Ecclesiam = repleor tamen omni spe, quia per eandem gratiam Vobis datum est, sicut Veritatis Doctor praedicabat, iterum atque iterum praedicare Episcopis inter caetera praeceptum Domini = Cito nemini manus imposueris =².

6 Sed Vobis datum est etiam praedicare Regibus terrae praeceptum Domini = Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis / terram =³. Et revera intelligere debent edocti experientia dierum maturorum, quod Regnum eorum non firmabitur⁴ si adhuc injustis Legibus alligare⁵ voluerint pastorem Episcoporum sollicitudinem. Erudiantur⁶ etiam in Lege Domini, quia si Reges tollerare (!) praesumpserint in Regno suo Cathedras pestilentiae⁷ ad erudiendos doctrinis impiorum populos sibi subjectos, habebunt rebelles, qui a veritate auditum avertent, et ad fabulas convertentur⁸.

¹ Per S. Bernardo v. *Bibliotheca Sanctorum*, vol. III, coll. 1-41; per Innocenzo II v. *Enciclopedia Cattolica*, vol. VII, coll. 7-10.

² Cfr. 1 Tim. 5, 22.

³ Cfr. Ps. 2, 10.

⁴ Cfr. Prov. 29, 14.

⁵ Cfr. Ps. 149, 8.

⁶ Cfr. p.e., Ps. 2, 10.

⁷ Cfr. Ps. 1, 1.

⁸ Cfr. 2 Tim. 4, 4.

grado di ascoltare il dottore di Santa Chiesa Bernardo che, scrivendo a Papa Innocenzo II, dice: « L'insolenza dei chierici, la cui madre è la negligenza dei vescovi... turba e infastidisce la Chiesa », dall'altro mi riempio di ogni speranza perché, per la stessa grazia, a voi è stato concesso, come già predicava il dottore di verità, di ripetere spesso ai vescovi, tra l'altro, il comando del Signore: « Con fretta non imporre le mani su alcuno ».

Ma a voi è stato anche concesso di predicare ai re della terra il comando del Signore: « Ed ora, o re, cercate di capire; imparate, voi, che giudicate la terra ». E per davvero debbono capire, ammaestrati dall'esperienza dei giorni passati, che il loro regno non permarrà solido se vorranno ancora frenare con ingiuste leggi la sollecitudine pastorale dei vescovi. Si istruiscano anche nella legge del Signore perché se i re, nel loro regno, avranno l'ardire di tollerare cattedre di pestilenza, destinate ad ammaestrare i popoli loro soggetti con gli insegnamenti degli empi, si ritroveranno ad avere dei ribelli che allontaneranno l'udito dalla verità e si indirizzeranno verso le favole.

Et si Potentes de terra spretis omnibus supremae pastoralis sollicitudinis officiis in detrimentum Ecclesiae Christi noluerint Praeceptum Domini audire; adversus eos scriptum est (Psa: 2. v. 3. 4) = Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus (!) a nobis jugum ipsorum. Qui habitat in Coelis iridebit eos: et Dominus subsannabit eos: tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos. =

Sed laetatur in Domino universa Ecclesia Sanctorum, quia Vobis data est Gratia ad praedicandum Praeceptum Domini omnibus gentibus = Servite Domino in timore: exultate Ei¹ cum tremore.² Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa³ = et monendi sunt quod populo gravi iniquitate comminatus est Dominus per Isaiam (c. 3. v. 4. 5) = Et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis, et irruet populus vir ad virum, et unusquisque ad proximum suum [;] tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem =. Et cum perseve[ra]verunt populi⁴ in via peccatorum⁵ vehementer indignatus est Dominus, et in furore suo

¹ Orig. *ei*.

² Seguono, due volte. le lettere iniziali di *Apprehendite*, cancellate perché scritte erroneamente.

³ Cfr. Ps. 2, 11.

⁴ *Populi* agg. post.

⁵ Cfr. Ps. 1, 1.

E se i potenti della terra, disprezzati tutte le industrie della suprema sollecitudine pastorale, per nuocere alla Chiesa di Cristo, non vorranno ascoltare il comando del Signore, dovranno sentire quanto, contro di loro, è stato scritto: « Spezziamo le loro catene e gettiamo via da noi il loro giogo. Colui che abita nei cieli si riderà di loro e il Signore li befeggerà; nella sua ira parlerà loro e nel suo furore li sgomberà ».

Ma si rallegra nel Signore tutta la Chiesa dei Santi perché a voi è stata concessa la grazia di predicare gli ordini del Signore a tutte le genti: « Servite il Signore con timore ed esultate in lui tremebondi. Imparate la disciplina, perché il Signore non si abbia ad adirare e voi usciate fuori dalla retta via per quindi perire »; e alle genti bisogna ricordare che al popolo caduto in una iniquità grave il Signore ha minacciato per mezzo di Isaia: « E, per principi, io darò loro dei fanciulli e gli effeminati li domineranno; nel popolo, un uomo si scaglierà contro un altro uomo, e ciascuno andrà contro il suo prossimo, il fanciullo farà tumulto contro il vecchio ed il plebeo contro il nobile ». E quando i popoli perseverarono nel percorrere la via dei peccatori, fortemente si indignò il Signore e, nel suo furore, li abbandonò

tradidit eos in ultionem, et missi sunt¹ qui ad mortem ad mortem, qui ad gladium ad gladium, qui ad famem ad famem, qui ad captivitatem ad captivitatem (Jer c. 15. v. 2).

Et sicut Deus dixit Filio suo, ita et Petro, et Vobis ut Ejus adjutoribus = Et reges eos in virga ferrea, et tamquam vas figuli confringes eos = (Psal: 2. v. 9) ita² non deest Vobis Gratia ad regendum populum sanctum Dei³ sicut praecepit Vobis idem Dominus in virga ferrea, ut audiat, et custodiat praeceptum Domini. Dixit Deus in virga ferrea, quae revera in manu Pastoris est ferrea: sed sicut est ferrea in charitate, ita fortis est ut mors dilectio⁴, quia est ferrea in illa charitate, quae, sicut docet Apostolus (I. Cor: c. 13, v. 4, et seqq) = Patiens est [,] benigna est, non aemulatur, non agit perperam, non inflatur.⁵ Non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt: non irritatur, non cogitat malum: non gaudet iniquitate: congaudet /
7 autem veritati. Omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet: charitas numquam excidit = et revera charitas numquam excidit, quia etiam quando tamquam vas figuli confringit⁶ protervos,

¹ *Et missi sunt* agg. post.

² Parola scritta due volte; cancellata la prima stesura.

³ Cfr. l'« Oremus et pro beatissimo Papa nostro » della liturgia dei Presantificati (Venerdì Santo).

⁴ Cfr. Cant. 8, 6.

⁵ Orig. punto e virgola.

⁶ Cfr. Ps. 2, 9.

alla vendetta e chi fu condannato a morte andò alla morte; chi fu condannato a morire di spada, di spada perì; chi fu condannato alla fame, morì di fame e chi fu condannato alla prigionia finì prigioniero.

E, come Dio disse a suo Figlio, con le stesse parole si è rivolto a Pietro ed a voi, suoi collaboratori: « Li guiderai con verga di ferro e li distruggerai come un vaso di coccio », pertanto a voi non manca la grazia per governare il popolo santo di Dio con verga di ferro, come vi comandò lo stesso Signore, perché ascolti e custodisca il comando del Signore. Dio usò le parole verga di ferro perché, nella mano del pastore, essa è veramente di ferro: ma siccome è di ferro nella carità, così l'amore è forte come la morte, perché è di ferro in quella carità che, come insegna l'Apostolo, « è paziente, benigna, non invidiosa, non agisce a vuoto non si gonfia, non è ambiziosa, non cerca il proprio tornaconto, non si irrita, non pensa male, non gode dell'iniquità mentre gode della verità. Soffre tutto, crede tutto, spera tutto, sopporta tutto. La carità non verrà mai meno ». E la carità, effettivamente, non verrà mai meno perché, anche quando distrugge i protervi come se si trattasse di un vaso di coccio, li distrug-

ex charitate secundum Deum in spiritu confringit.

Sed luget Filia Sion, Mater nostra, Ecclesia Christi, et dolet vehementer super mortem plurimorum filiorum suorum, quia diebus nostris multi pseudoprophetae¹ viderunt vana, et divinarunt mendacium² dicentes *ait Dominus*³ cum Dominus non miserit eos: et perseveraverunt confirmare sermonem, et decipierunt (!)⁴ multos, et hi contempta adoptione filiorum Dei⁵ facti sunt filii irae⁶, filii vindictae, filii poenae, et gehennae, et in via peccatorum steterunt⁷, et in consilio impiorum extenderrunt gressus suos⁸, et peccata populi multiplicata sunt super capillos capitis eorum⁹, et ideo justo Dei iudicio ille Leo rugiens, qui semper circuit quaerens quem devoret¹⁰, validiorem adeptus est fortitudinem et super oves, et super Pastores ita, ut ipsi Pastores etsi sancti oculis non videant, auribus non audiant, ore non loquantur, manibus non operentur, pedibus non ambulent, corde non sentiant, et mente non intelligant¹¹, ut magis ac magis pereant oves de Ovili

¹ Cfr. Mt. 24, 24.

² Cfr. Ezech. 13, 6.

³ Cfr. Num. 14, 28.

⁴ Cfr. Col. 2, 8.

⁵ Cfr. Gal. 4, 5.

⁶ Cfr. Eph. 2, 3.

⁷ Cfr. Ps. 1, 1.

⁸ *Idem.*

⁹ Cfr. Ps. 39, 13.

¹⁰ Cfr. 1 Petr. 5, 8.

¹¹ Cfr. Rom. 11, 8 e le fonti della citazione paolina.

ge per amore, secondo Dio, nello spirito di lui.

Ma piange la figlia di Sion, la nostra madre, la Chiesa di Cristo e fortemente soffre per la morte di tanti suoi figli perché, ai giorni nostri, molti pseudoprofeti hanno visto cose vane e preannunziarono menzogne usando le parole « il Signore dice » quando non è stato il Signore a mandarli. Essi insistettero nelle loro affermazioni, ingannarono tanti individui e questi, abbandonata l'adozione a figli di Dio, si tramutarono in figli d'ira, figli di vendetta, figli di pena, figli della gehenna. Si fermarono lungo la via dei peccatori, estesero i loro passi nell'assemblea degli empi ed i peccati dei popoli si moltiplicarono più dei capelli delle loro teste e pertanto, per giusto giudizio di Dio, quel leone ruggente, che sempre s'aggira cercando chi divorare, ha preso maggiore e più baldanzoso vigore sia sulle pecorelle che sui pastori, in maniera tale che gli stessi pastori, anche se santi, non vedano cogli occhi, non ascoltino con le orecchie, non parlino con la bocca, non agiscano con le mani, non camminino coi piedi non sentano con il cuore e non capiscano con la mente.

Christi: et super hoc grave vulnus cum Jeremia¹ inenarrabilibus lacrymis luget sancta Mater Ecclesia, quia desolatione desolata est omnis terra².

Sed ipsa S. M. Ecclesia gaudet propter Vos, quia secundum misericordiam magnam³ Dei nostri per Jesum C[hristum] D[ominum] N[ostrium] ad conterendas vires potestatum tenebrarum harum⁴ Vobis data est Gratia, ut per illam pastorem sollicitudinem⁵, quae super omnes Pastores est in Petro, et per Ipsum in Vobis secundum mensuram donationis Christi⁶, et ab Episcopis, et a Presbyteris in universo Mundo praedicatur praeceptum⁷ Domini = Nisi poenitentiam egeritis omnes similiter peribitis... Poenitentiam agite appropinquavit enim Regnum coelorum = (Matt: c. 3. v. 2): et tunc etiam Vos gaudebitis in Domino⁸, quia verbum Domini non redibit vacuum⁹, et flores apparebunt in terra nostra dum tempus putationis advenit¹⁰: et gaudebunt coeli coelorum quia scriptum est = Et gaudium erit in coelo¹¹ super uno peccatore poeniten-

¹ Cfr. *Enciclopedia Cattolica*, vol. VI, coll. 88-109.

² Cfr. Ier. 12, 11.

³ Cfr. Ps. 50, 3.

⁴ Cfr. Eph. 6, 12.

⁵ Cfr. 2 Cor. 11, 28.

⁶ Cfr. Eph. 4, 7.

⁷ Cfr. Ps. 18, 9. Per la prima parte del seguente precetto cfr. Lc. 13, 5.

⁸ Cfr. Phil. 4, 4.

⁹ Cfr. Is. 55, 11.

¹⁰ Cfr. Cant. 2, 12.

¹¹ Orig. *erit coram Angelis Dei*.

Per questa ragione sempre più periscono le pecorelle di Cristo e su questa grave ferita, con Geremia, piange la Santa Madre Chiesa con lagrime innarrabili, perché tutta la terra è desolata dalla devastazione.

Ma la stessa Santa Madre Chiesa gode per voi perché, secondo la grande misericordia del nostro Dio per Gesù Cristo Nostro Signore, per distruggere le forze delle potestà di tali tenebre, a voi è stata concessa la grazia per la quale, per via di quella sollecitudine pastorale che si ritrova in Pietro e per lui in voi, secondo la misura del dono di Cristo, sia dai vescovi, sia dai presbiteri, in tutto il mondo, viene predicato il precetto del Signore: « Se non farete penitenza perirete tutti nella stessa maniera... Fate penitenza, si è avvicinato infatti il regno dei cieli ». Allora anche voi godrete nel Signore, perché la parola del Signore non resterà senza effetto e, venuto il tempo della potatura, i fiori appariranno sulla nostra terra e tutti i cieli esulteranno perché sta scritto: « Ci sarà più festa in cielo per un

tiam agente quam¹ supra nonagintanovem justis, qui non indigent poenitentiam (!) = (Luc: c. 15. v. 7) et gaudium erit coram Angelis Dei² pro singulis de filiis irae³, qui redeunt ad cor⁴, iterum in adoptionem filiorum⁵ assumuntur. /

8 Sed hoc non est satis. Ecclesia Christi habuit, et habere debet pressuram: ergo munienda est ad proelium. Sathanas expetivit ut cribraret eam⁶: ergo erudienda, et corroboranda est ad victoriam. Portae inferi non praevallebunt adversus Eam⁷. Sed diebus nostris incidit in latrones, qui despoliaverunt Eam, et plagis impositis semivivam in plurimis reliquerunt⁸, propterea indiget pietate Samaritani, qui misericordia motus appropians alliget vulnera Ejus infundens oleum, et vinum: et proferat duos denarios, et det stabulario, et dicat illi *curam illius habe*⁹.

Sed ubi adest Samaritanus? In Ecclesia Christi sunt divini thesauri, quorum non est finis, et propte-

¹ *Quam* agg. post. Segue un *quam* cancellato, sovrastato da un *in coelis* cancellato anch'esso.

² *Coram Angelis Dei* agg. post. Cfr. Lc. 15, 10.

³ Cfr. Eph. 2, 3.

⁴ Cfr. Ps. 84, 9; Is. 46, 8.

⁵ Cfr. Gal. 4, 5.

⁶ Cfr. Lc. 22, 31.

⁷ Orig. *eam*. Cfr. Mt. 16, 18.

⁸ Cfr. Lc. 10, 30-37.

⁹ V. Nota prec.

peccatore convertito che non per novantanove giusti che non hanno bisogno di penitenza » e ci sarà inoltre gioia tra gli angeli del Signore per ciascuno dei figli d'ira che, tornati « ad cor », di nuovo verranno accolti all'adozione filiale.

Ma ciò non basta. La Chiesa di Cristo ha subito anzi deve subire oppressioni e pertanto si deve preparare alla battaglia. Satana si è dato da fare per vagliarla come si fa col grano; per questo la si deve ammaestrare e preparare alla vittoria. Le porte dell'inferno non prevarranno contro di essa. Ma, ai nostri giorni, essa è incappata nei briganti che la privarono delle sue vesti e, riempitala di ferite, la lasciarono semiviva in tante cose; per questo essa ha bisogno della pietà di un samaritano che, mosso da misericordia, si avvicinò ad essa, fasciò le sue ferite dopo averla curata con olio e vino e consegnò due denari all'oste, dicendo a lui: « Abbi cura di essa ».

Ma dove sta il samaritano? Nella Chiesa di Cristo si trovano tesori divini, dei quali non si vede

rea gaudet, et gratias agit Deo¹ nostro universa Ecclesia sive quae in coelis, sive quae in terris² et³ usque ad consummationem saeculi⁴, quia divinus Samaritanus J[esus] C[hristus] D[ominus] N[oster] loco sui constituit Petrum,⁵ et Ejus Successores, et dedit Illis gratiam, qua juxta necessitatem Ecclesiae etiam per Æcumenicam (!) Synodum approprians universae Ecclesiae in nomine Jesu congregatae Ejus vulnera alligat⁶ infundens oleum, et vinum Gratiae Salvatoris nostri, et de coelestis doctrinae thesauro profert duos denarios, et dat stabulario (nempe Episcopis), ut omni tempore emere possit⁷ unguenta ad sananda vulnera in fide, et moribus prout postulat necessitas uniuscujusque Ecclesiae.

Heu... Heu...⁸ ista ovicula imperita, et infirma rem difficilem excogitavit! Sed gratias ago Deo meo⁹, quia singulariter in spe misericorditer constituit me¹⁰.

In Christo enim J[esu] D[omino] N[ostro],

¹ Cfr. Rom. 14, 16.

² Cfr. Col. 1, 20.

³ Si potrebbe anche leggere *est*.

⁴ Cfr. Mt. 28, 20.

⁵ Segue un *loco sui* cancellato.

⁶ Qui il Pallotti compie le dovute applicazioni in base al ricordato Lc. 10, 30-37.

⁷ Parola ritoccata.

⁸ Cfr. Tob. 10, 4.

⁹ Cfr. 1 Cor. 1, 4.

¹⁰ Cfr. Ps. 4, 10.

la fine e pertanto tutta la Chiesa, sia quella che è in cielo, sia quella che è in terra, si rallegra e ringrazia il nostro Dio, fino alla fine dei secoli, perché il divino samaritano, Gesù Cristo Nostro Signore, a posto suo ha collocato Pietro con i suoi successori e gli concesse la grazia perché, secondo la necessità di essa, accostandosi a tutta la Chiesa riunita in nome di Gesù, anche mediante un sinodo ecumenico, fasci le sue ferite, dopo aver infuso su di esse l'olio ed il vino della grazia del nostro Salvatore e, presi due danari dal tesoro della celeste dottrina, li abbia a dare all'oste (vale a dire ai vescovi) perché in ogni tempo questi possa comperare gli unguenti necessari per sanare le ferite nella fede e nei costumi come esige la necessità di ciascuna Chiesa.

Ohimé, Ohimé, questa pecorella inesperta e malata ha trattato una cosa ben difficile! Ma ringrazio il mio Dio perché, eccezionalmente e misericordiosamente, mi ha stabilito nella speranza.

Difatti, in Cristo Gesù Signore Nostro e per

et per misericordiam Dei nostri celebratio Anni jam proximi Jubilaei¹ universalis montes incurvat, et indirectas, et asperas facit in vias planas, et rectas² ad Æcumenicam Synodum conficendam³ (!).

Inter coetera gravissima Ecclesiae vulnera plura sunt, quae infra recensentur, quaeque⁴ movere possunt pii Samaritani misericordiam, ut celebratione Æcumenicae Synodi ipsa⁵ vulnera alliget, et Ecclesiam Christi magis ac magis muniat ad proelium, et corroboret ad victoriam.

1 Diebus nostris non est una Haeresis, nec una impietas, sed plurimae quae profligandae, et destruendae sunt.

2 Quoniam non solum⁶ in plurimis terrae partibus, sed⁷ etiam (quod est horribile dictu!) in scandalum totius Orbis praecipue in temporalis / pon-

¹ Il Pallotti scrive nel maggio del 1849. L'Anno Santo di cui parla è quello del 1850, che poi, per le note circostanze politiche (la « Repubblica Romana ») non venne celebrato.

² Cfr. Is. 40, 4.

³ Da come parla il Pallotti (nel maggio 1849) s'intuisce che già — in Roma — si stava parlando di un futuro Concilio Ecumenico che però si aprì solo vent'anni dopo e subì le vicende che tutti conoscono, presa di Roma compresa.

⁴ *Infra recensentur, quaeque* agg. post.

⁵ La parola ne sovrasta altre due delle quali la prima è sicuramente un *ipsa*.

⁶ *Non solum* agg. post.

⁷ Segue un *quod* cancellato e spostato.

la misericordia del nostro Dio, la celebrazione dell'ormai prossimo anno giubilare universale incurva le montagne, e trasforma quelle indirette ed aspre in vie piane e rette, bene adatte per celebrare un sinodo ecumenico.

Tra le altre ferite gravissime inferte alla Chiesa ce ne sono parecchie, delle quali parleremo in appresso, che sono in grado di smuovere la misericordia del pio samaritano in maniera tale che, con la celebrazione del sinodo ecumenico, questo stesso possa fasciare le ferite e sempre più possa preparare la Chiesa di Cristo alla battaglia e possa rafforzarla alla vittoria.

1 Ai nostri giorni non abbiamo una sola eresia oppure una sola empietà; ce ne sono parecchie che vanno combattute, vinte e distrutte.

2 Perché non solamente in più parti della terra ma anche (cosa orribile a dirsi!), a scandalo di tutto il mondo, soprattutto nei territorii del dominio tem-

teficii (1) Domini finibus super omnes iniquitates dominatur horrendissimum diabolicum Blasphemiae vitium, quod reapse infernale idioma est: et sicut ob incuriam Pastorum de die in diem magis ac magis excrescit; ita necesse est, ut omnes Pastores simul congregati cum Petro in X.to conveniant, ut utantur fortiter et suaviter¹ singulis mediis necessariis, et opportunis ad illud omnino eradicandum, et ut secundum Legem Domini, quam par est, non sit qui terribile, et sanctissimum Nomen Dei audeat in vanum assumere².

3 Sicut diebus nostris impiorum malitia factum est, ut de Sion loco Legis exiret impietas³, et per universam terram⁴ non verbum Domini,⁵ sed⁶ auditum sit mendacium de Ierusalem⁷; ita necesse est, ut Petrus in Sion coram omnibus Pastoribus loquatur verbum veritatis⁸, et legem Domini Dei nostri⁹.

4 Et diebus nostris in quibus fuit hora, et po-

¹ Cfr. Sap. 8, 1.

² Cfr. Exod. 20, 7.

³ Cfr. Is. 2, 3.

⁴ *Per universam terram* agg. post. *L'universam* era in origine un *universum*.

⁵ Seguono cancellate le parole *sed per universam terram*.

⁶ *Sed*, agg. post.

⁷ Cfr. Is. 2, 3.

⁸ Cfr. 2 Tim. 2, 15.

⁹ Cfr. Eccli. 41, 11 e Is. 1, 10.

porale pontificio, su tutte le iniquità domina l'orrendissimo, diabolico vizio della bestemmia, che è veramente un parlare infernale: e dato che tal piaga, per l'incuria dei pastori, aumenta sempre più, di giorno in giorno, è necessario che tutti i pastori, riuniti con Pietro in Cristo si mettano insieme per far uso, fortemente e soavemente, di tutti i mezzi necessari ed opportuni per sradicarla, perché, secondo la legge del Signore, a norma del giusto, non si trovi più alcuno che osi nominare invano il nome terribile e santissimo di Dio.

3 Come, ai giorni nostri, per la malizia degli empi, è accaduto che da Sion, invece della legge, sia venuta fuori l'empietà e, in tutta la terra, non già si sia udita la parola di Dio, bensì la menzogna proveniente da Gerusalemme, così è necessario che Pietro, in Sion, davanti a tutti i pastori, proclami la parola di verità e la legge del Signore nostro Dio.

4 Ed ai giorni nostri, nei quali cadde l'ora e il

testas tenebrarum¹ sunt nonnulli (ut² puto innocentes sed revera sunt)³ inter Pastores, qui plus vel minus defecerunt in via⁴, et non pauci saltem in illam incuriam prolapsi sunt⁵, quae fovet Clericos, et Laicos in via peccatorum⁶: et in plurimis desideratur,⁷ sicut in omnibus necesse est, ut per ipsos omnia serventur juxta Canones S. M. Ecclesiae praecipue in iis, quae statuta sunt⁸ de Vita et honestate Clericorum, et relate ad annuam Visitationem Dioecesis, et celebrationem Synodis (!) Dioecesanae, et Provincialis, quibus omnibus⁹ rite, et fideliter expletis omnia bona pariter¹⁰ veniunt¹¹ in aedificationem corporis Christi: illis autem¹² omissis¹³, vel non rite et fideliter peractis omnia mala dominantur in Ecclesia Christi. Æcumenica Synodus fortiter, et suaviter¹⁴ potest alligare hujusmodi gravissimum Ecclesiae vulnus¹⁵: et quis non videt?

¹ *Diebus nostris* [...] *tenebrarum* agg. post. seguita dalle parole, cancellate e spostate, (*ut puto innocentes sed revera*). Cfr. Lc. 22, 53.

² *Ut* scritto due volte; annullata la prima stesura.
³ (*ut puto* [...] *sunt*) agg. post.

⁴ Cfr. Mt. 15, 32.

⁵ Cfr. Hebr. 6, 6.

⁶ Cfr. Ps. 1, 1.

⁷ Segue un piccolo segno cancellato.

⁸ Segue un *relate* cancellato e spostato.

⁹ La parola sovrasta un *fideliter* cancellato e spostato.

¹⁰ *Pariter* agg. post.

¹¹ Segue un *pariter* cancellato. Cfr. Sap. 7, 11.

¹² *Illis autem* agg. post.

¹³ Segue un *autem* cancellato.

¹⁴ Cfr. Sap. 8, 1.

¹⁵ Cfr. Lc. 10, 34.

potere delle tenebre, si trovano dei pastori (credo innocenti, come del resto sono) che, più o meno, uscirono fuori strada e di essi non pochi sono caduti in quella incuria che favorisce chierici e laici nella via dei peccatori. In molti di essi si desidera, come, del resto, in tutti, che da loro vengano osservate tutte quelle prescrizioni che, a norma dei canoni di Santa Madre Chiesa, sono state promulgate intorno alla vita ed all'onestà dei chierici, alla visita annuale della diocesi, alla celebrazione del sinodo diocesano e provinciale. Compiute tutte queste cose con esattezza e fedeltà, contemporaneamente ogni bene si avvicina per l'edificazione del corpo di Cristo; ma se tali cose si omettono o non vengono compiute con esattezza e fedeltà, vengono tutti i mali a dominare nella Chiesa di Cristo. Il sinodo ecumenico può ben fasciare, con forza e soavità, una tale gravissima ferita della Chiesa: chi non lo vede?

5 Propter pressuram, quam diebus nostris passa est Ecclesia¹ sicut diminutae sunt vires Pastorum, ita nunc inveniuntur parati ad eas reficiendas², quod mirifice obtineri potest per celebrationem Æcumenicae Synodi, et ita valentiora fient ad pascendas Oves suas in unitate regiminis, fidei, et charitatis secundum auctas necessitates plebium.

10 6 Diebus nostris factum est ut propter eandem praessuram pene / nulla sit in populis illa reverentia, et fides erga Pastores, quae necessaria est ut oves in fide audiant vocem Pastoris³, et utiliter pergant ad pascua Christi: et ista reverentia, et fides mirifice renovabitur, et augebitur per Convocationem⁴, et Celebrationem⁵ Æcumenicae Synodis, quia Pastores accedentes ad Petrum, et simul congregati in nomine Christi, ibique abundantius (!) haurientes aquas de Fontibus Salvatoris⁶, Qui de⁷ Se⁸ dicit = Ego Flos⁹ campi, et¹⁰ lilium convallium¹¹ = et ita ipsi Pastores in C[hristo] J[esu]

¹ Cfr. Io. 16, 33. Velata allusione agli anni a partire dalla Rivoluzione Francese ovvero ai fatti legati all'occupazione francese ed all'era napoleonica nonché a quelli accaduti nello Stato Pontificio nell'ultimo ventennio?

² Cfr. 1 Cor. 16, 18.

³ Cfr. Io. 10, 16.

⁴ Orig. *convocationem*.

⁵ Orig. *celebrationem*.

⁶ Cfr. Is. 12, 3.

⁷ *De agg. post.*

⁸ Orig. *se*.

⁹ La parola sovrasta un *sum* cancellato.

¹⁰ Segue un segno cancellato.

¹¹ Cfr. Cant. 2, 1.

5 Per l'oppressione sofferta dalla Chiesa ai nostri giorni, come sono diminuite le forze dei pastori, così oggi si trovano individui pronti a restaurarle; e tutto questo, in maniera meravigliosa, si può ottenere mediante la celebrazione del sinodo ecumenico ed in tal maniera queste forze diventeranno maggiormente capaci a pascere le pecorelle (ogni pastore le sue) nell'unità del regime, della fede e della carità, a norma delle aumentate necessità dei popoli.

6 Ai giorni nostri è accaduto che, a causa della ricordata oppressione, quasi inesistente nei popoli sia quella riverenza e fiducia verso i pastori che sono necessarie perché, con fede, le pecorelle ascoltino la voce del pastore e si incamminino con utilità verso i pascoli di Cristo; tali riverenza e fiducia si rinnoveranno e aumenteranno mediante la convocazione e la celebrazione del sinodo ecumenico, perché i pastori, accostandosi a Pietro e riuniti insieme nel nome di Cristo, al sinodo attingendo più abbondantemente acque alle fonti del Salvatore, che dice di se stesso: « Io sono il fiore del campo ed il giglio delle convalli », gli stessi pastori, fiorendo sempre più e sempre più somigliando ai gigli in Cristo Gesù Nostro Signore, una volta ritornati al

D[omino] N[ostro] magis ac magis florentes, et liliantes (!) effecti, et iterum redeunt ad Ovile laetari facient in Domino oves Christi: et omnes credentes in Christum sive sint campi, sive sint convalles fient simul in unum vineae florentes in C[hristo] J[esu] D[omino] N[ostro].

7 Super omnia disponendi sunt Pastores, et Reges terrae, ut omnes in vinculo pacis¹, et charitatis secundum gratiam Vocationis² propriae unanimi³ sint, et efficaces verbo, et opere⁴ ad extirpandas, quam par est, de medio universae terrae nefarias Sectas, et ad fraenandam illam morum corruptionem, ex qua omnes impietatis, et haeresum Sectae oriri solent.

8 Sub Pontificibus sanctae⁵ recordationis Pio VI. Pio VII. et primordiis⁶ Pontificatus Gregorii XVI locutus est nobis Dominus secundum misericordiam suam magnam⁷, et locutus est in furore

¹ Cfr. Eph. 4, 3.

² Orig. *vocationis*.

³ Cfr. Phil. 2, 2.

⁴ Cfr. la formula del « Confiteor ».

⁵ Parola ritoccata.

⁶ Parola scritta due volte; cancellata la prima stesura.

⁷ Cfr. Ps. 50, 3. L'allusione della quale al num. 5 si fa qui più evidente. I fatti legati ai primordi del Pontificato di Gregorio XVI sono quelli dei moti del 1831 e 1832, della marcia su Roma del Gen. Sercognani e del Governo delle Province Unite. Cfr. F. Moccia, Roma e lo Stato Pontificio..., Roma 1956, parte I, capp. I e II, ms. presso l'autore.

proprio ovile, possano far sì che le pecorelle si rallegolino in Cristo ed allora tutti i credenti in Cristo, sia che siano campi, sia che siano convalli, fioriranno insieme nella vigna in Cristo Gesù Nostro Signore.

7 Su ogni cosa i pastori ed i re della terra debbono venire disposti in maniera tale che, radunati nel vincolo della pace e della carità secondo la grazia della propria vocazione, siano concordi ed efficaci, con la parola e con le opere, come è giusto che sia, ad estirpare da tutta la terra le nefaste sette ed a raffrenare quella corruzione di costumi dalla quale le ricordate sette d'impietà e di eresie sogliono aver origine.

8 Al tempo del pontificato di Pio VI, Pio VII ed agli inizi del pontificato di Gregorio XVI, tutti di santa memoria, il Signore, secondo la sua grande misericordia, ci parlò nel furore della sua ira

irae suae¹, et in misericordia sua²: et semper facta sunt novissima pejora prioribus³. Et iterum locutus est Dominus in furore, et in misericordia⁴. Ergo tempus est, ut secundum Dei voluntatem adhibeantur media efficaciora, ut universa⁵ quae sunt⁶ in Ecclesia Christi, quaeque respiciunt Clericos, Claustrales, et Populum sanctum Dei⁷ procedant in melius secundum Legem Domini, et Canones S. M. Ecclesiae; quod fortiter, et suaviter⁸ obtineri potest per celebrationem Æcumenicae Synodis inspirante Deo, et per Gratiam D.N.J.C. misericorditer eodem Deo omnipotenti gubernante.

Et sic⁹ non solum alligabuntur Ecclesiae vulnera¹⁰, sed ipsa sicut sponsa ornata parata viro suo¹¹ ascendet sicut de deserto¹² magis ac magis deliciis

¹ Cfr. Ps. 2, 5.

² Cfr. Ps. 30, 8.

³ Cfr. Mt. 12, 45.

⁴ Non si comprende a quale seconda « locuzione » del Signore il Pallotti voglia qui alludere. Ai fatti legati alla « Repubblica Romana »?

⁵ Orig. *omnia*.

⁶ Parola scritta due volte; annullata la prima stesura.

⁷ Cfr. le « preghiere » della liturgia del Venerdì Santo. Pensa qui il Pallotti all'« Oremus pro omnibus Episcopis... »?

⁸ Cfr. Sap. 8, 1.

⁹ Orig. *tunc*.

¹⁰ Cfr. Lc. 10, 34.

¹¹ Cfr. Apc. 21, 2.

¹² Cfr. Cant. 8, 5.

e nella sua misericordia e sempre le cose andarono peggiorando. E di nuovo ha parlato il Signore nel suo furore e nella sua misericordia [quando il Pallotti scrive, il papa si trova, profugo, fuori dello Stato Pontificio]. Perciò è giunto il tempo in cui, secondo la volontà di Dio, si utilizzino mezzi più efficaci e tutto quello che si ritrova nella Chiesa di Cristo e che riguarda chierici, claustrali e popolo santo di Dio proceda meglio, secondo la legge del Signore ed i canoni di Santa Madre Chiesa; tutto ciò, con forza e soavità, si potrà ottenere mediante la celebrazione del sinodo ecumenico (finora ricordato) con l'ispirazione di Dio e per grazia del Nostro Signore Gesù Cristo, sotto la guida misericordiosa dello stesso Dio onnipotente.

Ed in tal maniera, non solo verranno fasciate le ferite della Chiesa, ma essa come una sposa adorna, pronta per il suo sposo, salirà come dal deserto, sempre più ricolma di delizie, appoggiandosi al-

- 11 affluens¹ innixa super Dilectum suum². / Et tunc omnes Angeli de Coelo mirantes dicent, quae est ista, quae speciosior progreditur quasi aurora con-surgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata³? Et dilectus Ecclesiae Sponsus per ineffabilem communicationem (!)⁴ gratiarum descendet in eam quasi in hortum suum⁵, et leva (!) sua sub capite⁶ illius plus fortiter reget eam, et dextera magis suaviter amplexabitur illam⁷ dicens. Pulchra⁸ es amica mea, suavis, et decora sicut Jerusalem⁹. Et simul gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a Vobis¹⁰, quia¹¹ etiam per Gratiam, quae est in Vobis florebit Vineam Domini, et germinabit congeriem, et copiam omnium virtutum in C[hristo] J[esu] D[omino] N[ostro]. Ipsi gloria,¹² imperium et gratiarum actio¹³ in saecula saeculorum.¹⁴

Insuper omnes credentes in Christum gratias

¹ Cfr. Cant. 8, 5.

² *Idem.*

³ Cfr. Cant. 6, 9.

⁴ Parola scritta due volte; cancellata la prima stesura.

⁵ Cfr. Cant. 5, 1.

⁶ Orig. *sua plus fortiter.*

⁷ Cfr. Cant. 2, 6.

⁸ Segue un piccolo segno annullato.

⁹ Cfr. Cant. 6, 3.

¹⁰ Orig. *vobis.* Cfr. Io. 16, 22.

¹¹ Segue un *per* cancellato e spostato. Per la seguente « Vineam florens » v. Cant. 2, 15.

¹² Segue un *et* cancellato.

¹³ *Et gratiarum actio* agg. post. Cfr. Apc. 1, 6.

¹⁴ Segue un *Amen* cancellato.

l'amato. Ed allora, a tale scena, gli angeli del cielo, pieni di ammirazione, diranno: « Chi è costei, che si avvanza più bella di sempre, come un'aurora che sorge, bella come la luna, nobile come il sole, terribile come una schiera approntata a battaglia? ». E l'amabile sposo della Chiesa, per un'ineffabile comunicazione di grazie, discenderà verso di lei come verso il suo giardino, porrà la sua sinistra sotto la testa di lei in maniera più forte e con la destra l'abbraccerà con maggiore soavità dicendo: « Bella tu sei, o amica mia, soave e leggiadra come Gerusalemme ». E, con il suo, gioirà il vostro cuore e la vostra gioia nessuno potrà togliervela, perché, anche per la grazia che è in voi, fiorirà la vigna del Signore e germinerà una massa ed una vera abbondanza di tutte le virtù in Cristo Gesù Signore Nostro. A lui la gloria, l'impero, il rendimento di grazie per tutti i secoli dei secoli.

Oltre a ciò tutti i credenti in Cristo ringra-

agant Deo salutari¹ nostro², quia sicut³ primis temporibus idem D.N.J.C. ad regendam Ecclesiam suam Apostolis suis inter caetera dedit etiam signorum donum⁴, ita postquam mira divinae Providentiae ordinatione factum est, ut Summus Pontifex ad plenissimum supremae spiritualis Jurisdictionis exercitium in aedificationem⁵ Ecclesiae habeat etiam Principatum in temporalibus, et alia Gratia data est Vobis⁶, ut reapse in aedificationem Corporis Christi sicut adjutores Pontificis hujusmodi Imperium regatis in Fide, quae per charitatem operatur in Vobis, quaeque annuntiatur in universo Mundo⁷: propterea in moderatione temporalis Regiminis per Fidem vestram erunt prodigia, quae de sanctis Patribus celebrabat Apostolus scribens ad Haebreos (c. 11. v. 33.)⁸ = Per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obtulerunt ora leonum =.

Utique per Fidem vestram, quae in Vobis⁹

¹ La parola *salutari* sovrasta un *nostro* cancellato e spostato.

² Cfr. le introduzioni alle varie prefazioni (S. Messa). Cfr. anche Ps. 94, 1.

